



CLASSIS QUINTA.

## D E T E R G E N T I A.

**D**ETERGENTIA, deterfiva, etiam mundifican-  
tia, ea dicuntur remedia, quæ ex vulnere purulen-  
to, vel ulcere, omnia auferunt obftacula, ut vulnus  
coire, ulcus compleri poffit. Verum cum hæcce ob-  
ftacula tam ab ipfo pure vel qualitate, vel quantitate  
peccante, quam a corruptis vaforum, & mortuis extre-  
mitatibus ponantur, medicamenta detergentia his obve-  
niant necesse est, ut vel inde multiplex horum classis,  
& varia forma intelligantur. Inducantur vero detergen-  
tia in omni ulcere, excepto cancrofo, in quo lenien-  
tia folum conveniunt, *FLEURANT dans la Queftion  
pour le prix 1746. determiner ce que c'eft que les Re-  
medes deterfifs &c.*

## I. D E T E R G. D I G E S T I V A.

**H**æc in omni abfcessu rupto, ulcere primis ftatim die-  
bus, ut femimortua vaforum extrema, fuperfi-  
ciem ulceris conflituentia, a vivis abfcedant partibus  
ficque reddantur puræ, L. B. VAN SWIETEN, inducantur.  
Non eft tamen his diu infiftendum omnium con-  
fenfu, fiquidem marafinum, & carnem fungofam in-  
ducunt, *LOUIS dans la Queftion propofée des deter-  
fifs 1746. maxime, fi ex folis emollientibus pingui-  
bus*

bus consent. Et in integrum his abstinendum, si ulcus vividam firmam carnem habet, si digestiva in ulcere dolorem causant, & mordent, FLEURANT Q. c. Quæ vero forma lavamenti præscribantur, sequentia sunt:

Ablynthium.  
 Alliaria.  
 Enula Campana.  
 Hedera terrestris.  
 Hypericon.  
 Hyssopus.  
 Marrubium.  
 Mentha.  
 Pulegium.  
 Veronica.  
 Virga aurea &c.

Quæ forma unguenti.

PINGUIA EMOLLIENTIA.

Albumen ovi.  
 Axungia.  
 Olea pressa.  
     infusa.  
     cocta.  
 Pinguedines.  
 Seva.

BALS. LIQUIDA STIMULANT.

Copayva.  
 De Mecha.

Pe.

Peruvianum.  
Terebinthina &c.

## BALS. SICCA STIMULANTIA.

Myrrha.  
Olibanum.  
Styrax.

Est ubi pinguia solum, sed raro, est ubi hæc cum balsamis varia inter se commiscetur proportione, ut iam maior vis emolliens, iam stimulus maior, pro ipsius ulceris conditione habeatur. Sic ex balsamo nativo quocunque, vitello ovorum, & melle, digerens tale medicamentum optimum conficitur, L. B. VAN SWIETEN. Si ulceris superficies rubere, puris imminui quantitas incipiat, est ab oleosis abstinendum, ut & digestivis aliis stimulantibus.

## OFFICINALIA COMPOSITA.

Syrupi.	Abfynthii	} in unguenti formam cum melle acti.
	Enulæ.	
	Hederæ Terrestris.	
	Hyslopi &c.	

Unguenta.

Apostolorum.  
Basilicum.  
Digestivum &c.

Sapones aqua soluti, oleo, syrupo, unguento mixti, unguenti vel lavamenti formæ inserviunt, & efficaciter omnino detergunt.

II. DE-

II. DETERG. IRRITANTIA.

Irritantia tum ulceribus immittuntur, dum a prioribus non satis excitata natura, mortuarum a vivis separationem fibrarum efficere haud potuit, hinc ulcus mundatum non fuit. Acriori itaque stimulo opus. Et quidem præter balsama priora, quæ minuta solum pinguium quantitate, etiam digerentia irritantia sunt, formæ lavamenti inserviunt

EX REGNO AQUEO.

Aquæ minerales salinæ, & sulphuræ, quæ diversis in regionibus varix nobis sunt:

Aquæ Egranæ	} in lotionē,
Carolinæ	
Badenses	

Formæ huic, vel alteri, unguenti nempe, famulantur

EX REGNO VEGETABILI.

Antiscorbuticæ, omnes acres plantæ.  
 Perlicaria urens.  
 Ruta.  
 Sabina.  
 Scordium &c.

EX ANIMALI.

Urina vel simplex, vel virtute præcedentium dives.  
 Bilis animalium.

EX

## E X F O S S I L I.

Alumen. Etiam adstringens.

Sal Ammoniacum.

Borax.

Marinum.

} Mordacia.

Vitriolum, etiam adstringens.

## O F F I C I N . S I M P L I C . C O M P O S I T A .

Mel

Saccharum. } Leniora.

Sapo.

Tinctura

Aloes.

Myrrhæ.

Aqua phagadænica.

## F O R T I S S I M A .

Alcalinorum salium lixivia.

Alumen ustum.

Calx æris.

Viride aeris.

Mercurius præcipitatus Ruber.

Sublinatus corrosivus.

Lapis infernalis.

Unguentum Ægyptiacum.

Quæ omnia variis inter se modis pro casus necessitate combinantur. Notandum, corrodentia hæcce ultima, ulceri fordido rebelli, etiam fungosa carne luxurianti, tantum convenire, his novam inflammationem, & suppurationem moveri, esse igitur semper his detergen-

gentia digestiva mollia superponenda, ut eo facilius eschara secedat.

### III. DET. ANTIPUTREDINOS.

Sæpe etiam ex ulcere foetidus ichor manat, colore nigro lintea inficiuntur, instrumenta tinguntur; tum quæ putredini resistent, indicantur, LOUIS. Hæc vero multum variant pro indole & natura ulceris, a causa specifica exorti; ita in venereo semper mercurialia his adduntur, in scorbutico succus citri, gummi laccæ tinctura aluminosa, spiritus salis marini, in cancroso vis cicutæ commiscetur, in serophuloso oxynel squillicum, & alia, antiputredinosis balsamicis iunguntur.

Forma varia est.

#### EX SIMPLICIBUS.

Acetofellæ *Succus.*

Aurantiorum Acidorum.

Citri

Lemoniorum

Acetum.

Omphacium. *Simul adstringens.*

Tartarus, acidus, & salinus.

} *Succi.*

#### EX COMPOS. OFFICINALIBUS.

Acetum Rutaceum. *simul vulnerarium.*

Theriacle. *Stimulans.*

Mel Rosatum.

Crantz *M. M. T. III.*

M

oxy-

Oxymel simplex.

Squilliticum. *Incidens, stimulan.*

Oleum Terebinthinæ.

Spiritus Vini. *Coagulans.*

Camphoratus.

Salis marini

Nitri dulcis.

} *Simul caustici.*

Tincturæ

Aloes

Myrrhæ

} *condientes.*

Gummi lacæ, spirituosæ.

Et hæc quidem præcipua horum materies est, non tamen in omni putrido ulcere conveniens omnis, quod spiritus vini in ulceribus cerebri, cerebrum a corruptione haud præservet, QUESNAY. *Memoir. de l'Acad. de Chirurgie* T. I. bene vero oleum terebinthinæ, balsamum commendatoris, IDEM. adhæc in carie ossis carioli tinctura Aloes sæpe alvi profluvium suscitavit. *Alex. MONRO. Society in Edimb. Vol. V. P. I.*



CLAS-